

inopiam metere, ac immoderatis curis infomes noctes ducere; an hæc est voluptas? Intuimini luxuriosum; Se mancipium spurcæ voluptatis facere, rivalium invidiis se exponere, parentum ac superiorum oculis continuo metuere, gratiam Dei perdere, publicam neminis infamiam pati; an hæc est voluptas? Intuimini gulosum; Inebriare se usque ad vomitum, sanitatem destruire, capitis doloribus per complures dies gravari, gravissimos morbos contrahere, vitam sibi ipsi decurtare; an hæc est voluptas? Sic discurrendum est de omnibus vitis, in quibus peccatores de delicatose versari arbitrantur. Mi Christiane; si tibi præcipitur, ut vestem ciliicium geras, ut flagellis te excipias, ut sabbathinum jejunium teneas, ut horariam meditationem instituas, confesum obtenderes impossibilitatem, cum tamen revera in vitis enumeratis graviore molestias pro tua damnatione sustineas, quam sint hæc sanctæ austeritates exaltatæ pro celo. O quam bene hanc veritatem cordi habuit ille ex veteribus Anachoretis, nomine Pambus; (*Sermones l. 4. c. 18.*) Vocatus a S. Athanasio in urbem Alexandriam vitis tibi evindam, compam, crispam, cerustam ac calamitratam mulierem, atque simul in uberibus stertis prorupit. Causam lacrymarum quaerit repositus: Pleo, quia nec decimam quidem partem eorum sustineo pro celo, quæ fulsint hæc mulier pro inferno. O miseræ mundi voluptates, quam amarum nucleum tegitis sub speculo cortice.

10. Sed ponamus; voluptates mundi non esse falsas, non esse deceptorias; quamdiu durant? Exiguo tempore; Post pauculos annos velut fontium transierant, evanuerunt, disparuerunt. Ex quid tunc? Tunc sequitur illa tragœdia, quam describit S. Job, c. 21. *Ducunt in horrida sua, & in pœnis ad inferna descendunt.* Hæc est ordinaria voluptatum coronis: Quicquid sibi ipsi in hoc mundo constituunt, eridunt altero. Post inflatum huius vite superbiam sequitur vilissimum sathanæ mancipatus: Post avaritiam sequitur miserabilis & æterna paupertas: Post luxuriam sequuntur igniti serpentes & bufoes: Post ebrietates & commensationes sequitur canina fames ac sitis, & sic de cæteris. Age, mi Christiane, introspecte in infelicem car-

cerem, interroga miseris istos; quid modo sentiant de mundi voluptatibus? Videbis, & audies, quod mille diris illas execrentur, optentque, in hoc mundo cum sanctis Martyribus, Anachoretis, & Virginibus inter cruceas, adversitates, persecutiones, penitentias, & austeritates vixisse &c.

11. *Epilogus.* Tu igitur discite alieno damno sapere, & nolite huius mundi rebus immoderato affectu cor alligare: Cum vides mundi amafios in fulsint honorum ac dignitatum spice cum pompa & luxu convalescere, cogita, esse inano lampadem fatuarum Virginum, quæ defectu olei brevi extinguatur: Tunc, cum mors advenit, fieri poterit, ut vitis lacinia plus quam purpura splendeat, & famulus præ domino, subditus præ Rege honoretur. Cum vides mundi amafios inter divitarum abundantiam helliari, cogita, esse lampadem fatuarum Virginum, quæ defectu olei brevi extinguatur: Tunc, cum mors advenit, perdat terrena divitia omnem valorem, & solum respicietur bonorum operum moneta, pro qua beatam aeternitatem licebit comere. Denique, cum vides mundi amafios voluptuosam, deliciosamque vitam ducere, cogita, esse lampadem fatuarum Virginum, quæ defectu olei brevi extinguatur. Vera ac genuina voluptas est tranquillitate conscientie suæ, & gratiam Dei pectore conservare, quæ testera est, & pignus æternæ salutis: Paucis: Amicum Dei esse præstare omnibus honoribus, divitiis, ac voluptatibus totius mundi; Cape exemplum in sancta ac gloriosa Virgine ac Martyre Catharina. Fuit illa e numero prudentum Virginum, quia lampadem inextinguibilem, id est, caritatem insuperabilem in animo habuit. Obulit illi gentilis Imperator summam, nempe Imperatoriam dignitatem, consequenter potuisset fulgentis honoribus, immensis divitiis, & omnigenis voluptatibus frui; verum deceptorio fatuarum lampadem fulgore non fuit excæcata: Fidem servavit Divino sponso, generoso contemptu protrivit res mundanas, malitque cum Christo inter tormenta, quam cum tyranno inter delicias versari. O utinam Christiani hanc generositatem S. Virginis amularentur, & non tam facile permitterent modico blandimentis mundi fulgore se a Christo avocari! &c. &c.

APPENDIX SEU BREVIS ANNOTATIO,


Qua ratione huius Tomi Conceptus ad formalem
Catechesin applicari valeant.

CAPUT QUARTUM.

De Sacramentis in genere.

CATECHESIS I.

De essentia, necessitate, fine & numero
Sacramentorum.

- Quæst. 1.** uid est Sacramentum? *Be. Est invisibilis gratia signum visibile ad nostram sanctificationem Divinitus institutum. Est signum visibile, ut nostræ naturæ sit proportionatum: Est signum invisibilis gratiæ, quam per caeremonias externas symbolizat. Pro Fesl. c. 1. n. 4. & 5. Est ad nostram sanctificationem Divinitus institutum, quæ gratiam, quam Sacramentum significat, præstare operatur & producit, n. 6. Hinc fit sacramentum est, quod testatur, condimentum, quod condit, &c. sic Sacramentum est, quod sacrat, seu sanctificat. Ibid. n. 3.*
- Q. 2.** Quid ergo habemus per Sacramenta? *Be. gratiam sanctificantem, de qua Tridentinum sic ait: Per Sacramenta omnis gratia incipit, & hoc principaliter intelligendum est de Baptismo. Aut incipit augetur, hoc verum est de Sacramentis vivorum. Aut amissa reparatur, id quod specialiter convenit Sacramento Penitentia. Pro Fesl. c. 1. n. 1.*
- Q. 3.** An inermam animæ Sanctificationem Deus nonnunquam per signa externa manifestavit? *Be. Omnino; prout patet ex historia S. Mariæ Ogniacensis, S. Renigii, & S. Sigeberti. Pro Fesl. c. 1. n. 6.*
- Q. 4.** An Sacramenta sunt homini necessaria? *Be. Non omnibus omnia, nec singulis singula, sed his illa, aliis alia, sicut medicinae pro diversitate morborum. Certum autem est, hominem esse inobliviscibilem sine Sacramentorum gratia, sicut Samson fuit infirmus sine capillis. Pro Fesl. c. 1. n. 7. Hæc necessitas autem diversæ est pro diversitate Sacramentorum. Ibid. n. 8.*
- Q. 5.** Quot sunt Sacramenta? *Be. Sunt numero septem, id quod partim conitit ex sensu Ecclesie, partim ex analogia cum generatione & educatione hominis naturali. Pro Fesl. c. 2. n. 3. & seq.*
- Q. 6.** Quomodo differant inter se Sacramenta? *Be. Differant in eo, quod aliqua dicantur Sacramenta vivorum, alia mortuorum. Sa-*

cramenta vivorum sunt, quæ conferunt gratiam augmentum & vitam spirituales in suscipiente supponunt. Mortuorum sunt quæ conferunt primam gratiam, ipsamque vitam spirituales. Deum Sacramenta etiam differant, quia aliqua sunt reiterabilia, alia ireiterabilia, &c. *Pro Fesl. n. 5. Causat autem omnia gratiam sanctificantem ex opere operato, non ex opere operantis. Ibid. n. 5.*

- Q. 7.** An Sacramenta valde sunt estimabilia? *Be. Omnino; sunt enim signa, quæ continent pretium sanguinis Christi, cuius virtute habent vim sanctificandi. Pro Fesl. c. 2. n. 6. Id quod juvenis quidam expertus est, qui sibi in visu in flumine sanguineo videbatur mundari. Ibid. n. 7. seq. Sicut ergo in monte Calvarie magnam reverentiam habuimus erga Dominicum sanguinem; ita & magnam habere debemus erga Sacramenta. Pro Fesl. c. 2. n. 8.*
- Q. 8.** An Sacramentum Penitentia relapso est necessarium? *Be. Est indispensabiliter necessarium vel in re vel in voto, ita ut Deus potius in lege mortis, quam in lege penitentia dispensari; scimus enim exempla eorum, qui ad vitam revocati sunt, ut possint peccata confiteri. Pro Fesl. c. 1. n. 9.*

CATECHESIS II.

De causis & effectibus Sacramentorum.

- Q. 1.** Quibus de causis instituit Christus Sacramenta? *Be. Triplici de causa: Primo ut sint signa rememorativa Passionis Dominicæ, per quam sanati, & salvati sumus, & per quam Sacramenta omnem suam dignitatem recipiunt. Pro Fesl. c. 3. n. 3. & 4. Secundo, ut sint signa demonstrativa gratiæ præsentis, quæ per externam actionem symbolizatur; hinc per Sacramentum peccator a Deo, velut Filius prodigi a patre recipitur. Pro Fesl. c. 3. n. 5. & 6. Et hæc operatio Sacramenti nonnunquam fuit tam effectus, ut extrinsecus etiam in corpore se prodiderit. Ibid. n. 7. Tertio, ut sint signa prognostica futuræ gloriæ; sicut enim populus Israel sanguine aspersus vidit Deum; ita & nos aspersi sanguine Redemptoris per Sacramenta Deum videbimus. Ibid. n. 8.*

- Q. 2. Quinam sunt effectus Sacramentorum? B. Effectus triplex est, gratia sanctificans, gratia actualis, & character. *Pro Fesl. c. 4. n. 1. & 2.*
- Q. 3. Quid est gratia sanctificans? B. Est supernaturalis qualitas, quae animam pulchram, & Deo gratam reddit. *Pro Fesl. c. 4. n. 3.* Sicut aqua per fossas & alveos ducitur, ita Dei gratia per Sacramenta ad nos derivatur. *Ibid. n. 4.*
- Q. 4. Quae sunt gratiae actuales quas Sacramenta conferunt? B. Sunt auxilia transiens, non habent inhaerentia sicut gratia sanctificans, & cantantur a quolibet Sacramento specialiter secundum obligationem, quam imponunt. *Pro Fesl. c. 4. n. 5. & 6.*
- Q. 5. Quid est character? B. Est signum indelebile, animae impressum, quo Sacramentum se irremovibile. Characterem autem imprimunt Baptismus, Confirmatio, & Ordo. *Pro Fesl. c. 4. n. 7.*
- Q. 6. Ad quid autem character post mortem animae inheret? B. Ut sit iustus in maiorem gloriam, reprobus in ignominiam. *Pro Fesl. c. 4. n. 8. & 9.* Id quod duplici exemplo explicatur. *Ibid.*

CATECHESIS III.

De materia, forma, intentione & Ministro Sacramentorum.

- Q. 1. Quanam est materia Sacramentorum? B. Est illa pars, quae magis est indifferens ad significandas operationes sacramentales, & determinatur a forma, ut in Baptismo est aqua, in Confirmatione chrysm, & sic in ceteris. *Pro Fesl. c. 5. n. 3.*
- Q. 2. Cur Christus rebus tam vilibus annexit collationem gratiae? B. Ex variis rationibus. 1. Ad imitationem mysterii Incarnationis. 2. Ad conformationem naturae sensuales. 3. Ad demandandam nostram superbiam. Sic Naaman iussus est lavare in Jordane. *Pro Fesl. c. 5. n. 4.*
- Q. 3. Quanam est forma Sacramentorum? B. Sunt verba, quae ex institutione Divina una cum applicatione materiae pronuntiantur; sicut enim Deus per verba creavit hominem; ita per verba illum restaurat. *Pro Fesl. c. 5. n. 5. & 6.*
- Q. 4. An ad Sacramentum etiam requiritur intentio? B. Requiritur; quia per hanc actionem determinari debent ad esse sacramentale. *Pro Fesl. c. 5. n. 7.*
- Q. 5. Quinam est Minister Sacramentorum? B. Excepto Baptismo, quem in necessitate quilibet hominum conferre potest, & matrimonio, cuius Ministri sunt ipsi contrahentes, ceterorum Sacramentorum Ministri sunt Episcopi, & Sacerdotes, quamvis de lege extraordinaria etiam Angeli nonnunquam ministraverint Sacramenta. *Pro Fesl. c. 5. n. 8.*

- Q. 6. Cur Sacramentorum Ministri in honore habendi? B. Quia magna est eorum potestas, magna dignitas & magna pietas. *Pro Fesl. c. 6. per totum.*

CATECHESIS IV.

De dispositione requisita in susceptione Sacramentorum, item de poenis illa inordinantium.

- Q. 1. Cur dispositio requiritur in Sacramentis? B. Quia illa sicut causae naturales plus aut minus operantur secundum dispositionem. Ex fonte plus aquae haurit, qui affert capacius vas: Sol magis illuminat cubiculum apertum quam clausum, in convivio Baltasaris quilibet bibebat secundum aetatem. Sic Sacramenta, &c. *Pro Fesl. c. 7. n. 3. & seq.*
- Q. 2. Quid igitur requiritur in suscipiente? B. Requiritur intentio seu sincera voluntas suscipiendi Sacramentum. Radix perit, quia sicce accessit ad Sacramentum. *Pro Fesl. c. 7. n. 5.*
- Q. 3. An aequalis est dispositio in omnibus Sacramentis? B. Nullo modo; in Sacramentis enim mortuorum sufficit attritio, in Sacramentis autem vivorum requiritur contritio perfecta, seu ipsa confessio. *Pro Fesl. c. 7. n. 6.*
- Q. 4. Quid autem agam, si animus ad elendam contritionem perfectam sit nimis aridus? B. In primis cogita amorem Christi instituentis Sacramenta erga nos: deinde ex parte tui cogita maximam, quam et Sacramentis percipis utilitatem, quae tanta est, ut diaboli ipse voluerit conteri. *Pro Fesl. conc. 7. n. 8. & 9.*
- Q. 5. Quinam sunt, qui Sacramenta inordinant? B. Sunt triplicis generis; primo negligentes, qui SS. Mysteria raro frequentant. Secundo irreverentes, qui illa blasphemant. Tertio inconstantes, qui gratiam acceptam iterum prodigunt. *Pro Fesl. conc. 8. n. 2. & seq. &c.*
- Q. 6. Quae poena est inordinantium Sacramenta? B. Est ordinaria illa, quod sine Sacramentis moriantur. *Pro Fesl. c. 8. n. 5.*

CATECHESIS V.

De necessitate Baptismi, item de eius materia, forma, & effectu.

- Q. 1. An Baptismus, & ad quid est necessarius? B. Est utique necessarius, & quidem triplicem finem: 1. ut hominem adoptivum Dei Filium. 2. ut Filium Ecclesiae, & Sacramentorum capacem. 3. ut heredem regni caelestis efficiat. *Pro Fesl. c. 9. n. 3. & seq.*
- Q. 2. Quanam est materia Sacramenti Baptismi? B. Est aqua naturalis: cur autem aqua? Ut

- Ut Deus ex materia ubique facile invenibili demonstraret suum amorem & desiderium erga salutem humanam. Hinc etiam mira narratur circa varios fontes Baptismatis. *Pro Fesl. c. 10. n. 3. & seq.*
- Q. 3. Quanam est forma Baptismi? B. Sunt haec verba: Ego te baptizo in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. *Pro Fesl. c. 10. n. 5. & seq.*
- Q. 4. Quam efficaciam habent haec verba? B. Prorsus mirabilem: Abluunt corpus, & mandant animam, ut patet in Genesio Momo & aliis. *Pro Fesl. c. 10. n. 6. & seq.*
- Q. 5. Quomodo baptisum hominem Filium Dei facit? B. Eum tere in modum, quo Philippus II. Hispaniarum Rex Joannem Austricam in Filium & Fratrem suscepit. *Pro Fesl. c. 9. n. 4.*
- Q. 6. Quanam est alius Baptismi effectus? B. Est triplex, quia captivorum redemptionem, peccati mortem, & adoptionis gratiam operatur. *Pro Fesl. c. 13. n. 3. & seq.*
- Q. 7. Quotuplex est Baptismus? B. Triplex: Plumis, fluminis, & sanguinis: Baptismus fluminis est Sacramentum regenerationis in aqua &c. Baptismus fluminis est amor Dei super omnia cum desiderio implendi omnia praecepta. Baptismus sanguinis est Martyrium pro Deo exantlatum. *Pro Fesl. c. 11. per totum.*
- Q. 8. Cur Dominus Deus actum amoris Dei super omnia adeo estimat, ut animam ejus intuitu etiam sine Baptismo salvet? B. Quia voluntatem pro ipso opere reparat; & hinc certum est multos infideles, si faciant, quod est in se, salvatum iri. *Pro Fesl. c. 11. n. 6.*

CATECHESIS VI.

De parentibus & patris, eorumque obligationibus circa Baptisum suarum prolium, &c.

- Q. 1. An parentes tenentur solliciti esse circa Baptisum suarum prolium? B. Omnino tenentur, praesertim Matres: hinc ante partum solliciti curare debent, ut proli in utero per immoderatam esum, potum, iram, labores, choreas & alias actiones non noceant. In partu debent attendere ut admitt mulieres bene instructae ad baptizandum si necesse fuerit. Post partum debent operam navare, ut in prole baptizata primam gratiam, & baptismi innocentiam diu per bonam educationem conservent. *Pro Fesl. c. 12. per totum.*
- Q. 2. Quanam sunt patris, qui pro more Ecclesiae ad baptismum adhibentur, & ad quid obligantur? B. Patris sunt, qui in baptismo pro prole suscepta respondent, & fiduciosum praestant. Hinc obligantur, ut in baptismo spondeant, se pro bona educatione proli curam habituros: post baptismum

- autem prolem suscepiam, in defectu parentum nutrant, & erudiant. *Pro Fesl. c. 14. per totum.*
- Q. 3. Quale nomen imponendum est proli in Baptismo? B. Laudabile est, nomen imponi illius Sancti, in cujus festa die proles nascitur. *Pro Fesl. c. 15. n. 3.*
- Q. 4. Quae de causa Nomen alicuius sancti imponitur infanti? B. Ut sanctum in sua vita imiteatur, & ab illo tanquam patrone protegatur. *Pro Fesl. c. 15. n. 4. seq.*
- Q. 5. An damnantur infantes, qui sine baptismo moriuntur? B. Non damnantur sed ad limbum relegantur, post diem iudicii in hoc mundo vivent, sine gaudio, & sine poena. *Pro Fesl. c. 15. n. 7.*
- Q. 6. Quid censendum de Baptismo, quo in multis peregrinationibus infantes morti sub conditione baptizantur? B. Hoc pertinet ad arcana Divinae Providentiae iudicia, ita, ut certum quid statui non possit. Interim coram Taumaturgis Imaginibus tam mirabiles eventus contigerunt, ut fideles sibi persuadeant, Deum misereri infelicium infantum, adeoque revocata Divinitus anima utiliter illis Baptismo adhiberi, &c. *Pro Fesl. c. 15. n. 9.*

CATECHESIS VII.

De caeremoniis & obligatione Baptismi.

- Q. 1. An bene in Baptismo adhibentur variae caeremoniae? B. Bene adhibentur, quia nostrae nos obligationis, & Divinae beneficentiae obligant. Cum igitur haeretici has caeremonias rejiciant, bene notandum est, quid sibi velint caeremonias Baptismi antecessas, quid comitantes, & quid subsequentes. *Pro Fesl. c. 16. per totum.*
- Q. 2. Quanam obligatio nobis oritur ex Baptismo? B. Oritur praesertim duplex: Primo, ut peccatum fugiamus. Secundo ut virtutum opera exerceamus. *Pro Fesl. c. 17. per totum.*

CATECHESIS VIII.

De Sacramento Confirmationis, ejus utilitate, necessitate.

- Q. 1. Quid est Confirmatio? B. Est Sacramentum, quo Baptizatus ab Episcopo sub prescripta verborum formula in fronte unctus xx institutione Christi gratia augmentum & robur accipit. *Pro Fesl. c. 18. n. 2.*
- Q. 2. Contra quem hostem roborat Sacramentum Confirmationis? Respond. Contra triplicem, mundum, carnem, demoneum, qui homini exitialis sunt, et eo patet, quod mundus decipiendi, caro blandiendi, & demon saviendi nocet. *Pro Fesl. conc. 18. per totum.*

- Q. 3. Quomodo autem Sacramentum Confirmationis contra triplicem hunc hostem armat? B. Armata & roborat, quia laici, ut homo Christianus mandam cum suis diuitiis & dignitatibus, cariem cum suis blanditiis & voluptatibus, & demonem cum sua tyrannice genere contemnat & superet. *Pro Epl. c. 20. per totum.*
- Q. 4. Quanam est materia Sacramenti Confirmationis? B. Est oleum balsamo mixtum. *Pro Epl. c. 21. n. 11.*
- Q. 5. Quid nobis per hoc inuitur? B. Oleum nos admonet, ut fortiter contra hostem pugnemus, hinc olium athleta solebat oleo inungi: Balsamum nos admonet, ut bonum exempli odorem spiremus; quia per bonum exemplum lere, magis quam per predicationem Evangelicam fides propagata est. *Pro Epl. c. 21. per totum.*

CATECHESIS IX.

De celestibus donis, quae nobis confert Sacramentum Confirmationis.

- Q. 1. Quae dona nobis confert Sacramentum Confirmationis? B. Eo quia est complementum Baptismi, caelestis gratias & virtutes nobis infundit: Et primo quidem Humilitatem tam voluntatis, quam intellectus, ut reuelatis fidei veritatibus caeca obedientia assentiamur. Deinde patientiam, ut aduersa & persecutiones huius mundi genere perferamus. Tertio fortitudinem, ut tentationibus demonis & malorum sociorum impugnantibus resistamus. *Pro Epl. conc. 23. per totum.*
- Q. 2. Habes exempla huius rei? B. Habes: caeca & simplici obedientia rebus fidei assensit, & ideo haereticum in Concilio Nicæno vidit S. Spiridon. *Pro Epl. c. 22. n. 4.* Patientiam in aduersis exhibuerunt S. Christophorus, Franciscus a Iesu & alii qui alapa percussis, alteram maxillam praeberunt, &c. *Pro Epl. c. 22. n. 5.* Demonem vicerunt complures. *ib. n. 7.*

CATECHESIS X.

De causis seu obstaculis, propter quae Sacramentum Confirmationis non perinde hominis operatur.

- Q. 1. Cur Sacramentum Confirmationis non effe demode fortitudinis effectus producit, quos olim in SS. Martyribus produxit? B. Culpa est 1. penes irritos, qui pius ludificant. 2. Penes parentes, qui in educatione prolium nullam huius Sacramenti curam habent. 3. Penes ipsos confirmatos, qui sacramentali gratia non cooperantur. *Pro Epl. c. 23. per totum.*
- Q. 2. Quomodo intelligenda sit haec responsio?

B. Dum homines nequam pios, ac devotos irridet & ludificant, isti a pietate & devotione ex humano respectu recedunt. Parentes, dum nimis sero filios iam adultos ad hoc Sacramentum adducunt, illos nulli infideli demonum, & veneficorum exponunt. Denique ipsi confirmati, dum hoc Sacramentum sine debita preparatione percipiunt, se ipsos gratia & nobilissimis effectibus huius Sacramenti priuant. *Pro Epl. c. 23. per totum.*

CATECHESIS XI.

De SS. Eucharistiae Sacramento, & continuis illius miraculis.

- Q. 1. Quid commovet Christum Dominum ad instituentium hoc Sacramentum? B. Commovet eum immensus, quo erga nos fertur, amor. *Pro Domin. c. 39. n. 1.*
- Q. 2. Quibus iudiciis prodit hunc erga nos amorem? B. Duobus iudiciis, videlicet, quod in Eucharistia multa nobis donat, & multa patitur. Quid donat? Tam ingens mysterium, quo majus ex tota sua Divinitate institui non potest. *Pro Domin. c. 39. n. 3. & seq.* Quid patitur? A tepidis Christianis, & ab haereticis contemptus, iniurias, blasphemias, &c. *Pro Domin. c. 39. §. 1.*
- Q. 3. Quid singulariter venerationem SS. Eucharistiae nobis commendat? B. Continua miracula, quae in illa continentur. *Pro Domin. c. 40. n. 1. seq.*
- Q. 4. Quoniam sunt illa miracula? B. Sunt 1. quod substantia panis & vini omnino destruantur. *Pro Domin. c. 40. §. 1.* Dein 2. quod accidentia remaneant sine subiecto. *ib. §. 2.* Et denique 3. quod Christus simul exiit in pluribus locis. *ib. §. 3.*

CATECHESIS XII.

De effectibus Eucharistiae, quos operatur in anima suscipientis.

- Q. 1. Quantum beneficium nobis exhibuit Christus per institutionem Eucharistiae? B. Summum & incomparabile, atque majus, quam si quotidie in celos ad angelicam musicam elevaremur, aut ex aperto latere Christi Divino Sanguine reciperemus. *Pro Domin. c. 41. n. 1.*
- Q. 2. Quos effectus operatur Eucharistia, & quae dona confert suscipienti? B. In primis illi confert donum humilitatis, cum videt, dum se exinanire usque ad esse cibi; sic factus est Christus obediens non usque ad mortem, sed ultra mortem, & tamen pro tanto humilitatis prodigio nil nisi contemptum & iniurias ab haereticis & malis Christianis recipit. *Pro Domin. c. 41. n. 3. & 4.*
- Q. 3. Nunquid Eucharistiam etiam operatur in ani.

anima contemptum rerum mundanarum? B. Ita est! Sicut Abraham, postquam a summo sacerdote Melchisedech panem & vinum recepit, factus est liberalissimus; ita communicans ex hoc Sacramento dicitur terrena omnia abjicere & animam ad caelestia elevare. *Pro Domin. c. 41. n. 6. 7. & 8.*

- Q. 4. An Eucharistia etiam confert donum castitatis? B. Confert. Sicut Israelitae Madianitas vicerunt; ita pius communicans vincet Almodad insulatus. Testis est civis Ferrariensis, qui per frequentem Communionem liberatus est a molestis tentationum. *Pro Domin. c. 41. n. 9. & 10.*
- Q. 5. Quis est nobilissimus effectus Eucharistiae? B. Ille est, quod communicantem quasi in hominem divinum commutat, & peccatores convertat. *Pro Domin. c. 41. n. 1. & seq.*
- Q. 6. Quomodo Eucharistia convertit peccatores? B. Triplici adminiculo, videlicet 1. Quod animum illorum mutat in profus alium. 2. Quod ardorem concupiscentiae restinguit. 3. Quod illis dei robur contra relapsum. Certe, si Eucharistia conservavit puerum Judaeum in igne illudum, etiam ignem concupiscentiae extinguere potest. *Pro Domin. c. 42. per totum.*
- Q. 7. Quis porro est effectus Eucharistiae? B. Ille est, quod peccatorem in viam salutis dirigat, & facilem ei reddat observantiam mandatorum. *Pro Domin. c. 43. n. 1. & seq.*
- Q. 8. Quomodo Eucharistia facilem reddit observantiam mandatorum? B. Triplici modo. 1. Quia legem Dei faciliat. 2. Hominem in fide magis illuminat. 3. Illam in caritate firmat. *Pro Domin. c. 43. per totum.* Hinc sancti illiterati fuerunt adeo illuminati in fide. *Pro Domin. c. 43. n. 7.*

CATECHESIS XIII.

Quomodo SS. Communio fructuose & utiliter sumenda sit.

- Q. 1. Quid requiritur ad hoc, ut SS. Eucharistia suos effectus in anima producat? B. Requirit nostra cooperatio, sicut in agentibus naturalibus. *Pro Domin. c. 44. n. 1. & seq.*
- Q. 2. In quo consistit haec nostra cooperatio? B. Consistit in eo, ut digni, id est, sine peccato; dein devote, id est, cum insigni virtutum exercitio, denique frequentes, id est, singulis saltem mensibus accedamus. *Pro Domin. c. 44. per totum.*
- Q. 3. Quomodo Eucharistia debet digne suscipi? B. Ita, ut suscipiens sit immunis ab omni peccato gravi: Sacerdoti indigne sacrificanti abripitur per columbam SS. Hostia, & peccati restituitur. Nec minus deliquit, qui post sumptam sacram Communionem facta iterum peccat: Israelitae puniuntur, cum

post gustatum Manna carnes appetunt. *Pro Domin. c. 44. n. 3. & 4.*

- Q. 4. Quomodo Eucharistia debet devote suscipi? B. Quia debet suscipi cum in morem, quo Angelus communicaret, si Deo hoc privilegium haberet: Talis Communio vehementer placet Deo. *Pro Domin. c. 44. n. 5. & 6.*
- Q. 5. Quomodo Eucharistia debet frequenter suscipi? B. Si suscipiatur saltem singulis mensibus; proderit haec frequenter ad conservandum animi ardorem, & ad liberandas animas in Communionem mensura. *Pro Domin. c. 44. n. 7. 8. & 9.*
- Q. 6. An Eucharistia aequaliter in omnibus communicantibus producit suos effectus? B. Non aequaliter, sed magis & minus; quia operatur secundum proportionem dispositionis. *Pro Domin. c. 45. n. 1. & seq.*
- Q. 7. Quomodo dispositio; seu praeparatio ad Eucharistiam fieri debet? B. Fieri debet duplici modo: in primis expurgando cor ab omni peccato, & peccati affectu; deinde exornando cor variis virtutum actibus. Quinam sunt hi virtutum actus? Sunt Fides, Spes, Caritas, &c. *Pro Domin. c. 45. per totum.* O quam ferventes in hac devotione fuerunt homines sancti! *ibid. n. 7.*

CATECHESIS XIV.

De Virtutibus Fidei, Spei, & Caritatis ante sacram Communionem eliciendis.

- Q. 1. Cur in Christianorum Communionibus tanta tepiditas? B. Quia non credunt, prout deberent, aut tantam semicredunt hoc Sacramento. *Pro Domin. c. 46. n. 1.*
- Q. 2. Quanam sunt motiva credibilitatis circa praesentiam Christi in Eucharistia? B. Motiva sunt plurima: In primis ipsa verba Christi instituentis, dein communis sensus Sanctorum Patrum, item univocis Ecclesiae consensus; penes indigne communicantium, supplicia injuriarum Eucharistiam, & denique miracula, ac mirabiles illius mutationes. *Pro Domin. c. 46. per totum.*
- Q. 3. Cur Sancti & Sanctae Dei tam ferventes erant in SS. Communionem? B. Quia habuerunt vivam Fidem. Taliserat S. Medvigis, S. Stanislaus, S. Magdalena de Pazzi, & alii. Igitur, antequam accederet ad sanctam Communionem, eliciendus est actus fidei. *Pro Domin. c. 46. n. 10. & seq.*
- Q. 4. Quanam altera est virtus elicienda ante SS. Communionem? B. Est virtus Spei, quae tanto sollicitius exercenda, quanto magis diabolus laborat hominem in desperationem adducere. *Pro Domin. c. 47. n. 1.*
- Q. 5. Quid ergo sperandum a Deo? B. In primis a Deo speranda sunt temporalia, dein in hac vita gratia, & denique in altera vita gloria. *Pro Domin. c. 47. per totum.* Igitur ante Communionem eliciendus est actus spei. *Pro Domin. c. 47. n. 12.*

- Q. 6. Quamam tertia virtus elicenda ante SS Communionem? B. Virtus Caritatis. Notandum autem, quod, sicut ignis, ita & virtus caritatis, debeat esse operatoria. *Pro Domin. c. 48. n. 1. & seq.*
- Q. 7. Ex quibus iudiciis se prodit caritas communitatis erga Deum Eucharisticum? B. Ex tribus iudiciis. 1. Ex hoc quod communicans studeat amato, id est, Christo Eucharistico benefacere, quantum potest, idque maxime sit per sanctas intentiones. 2. Ex hoc, ut pro amato flagret multa pati, exemplo Sanctorum. 3. Ut amore Christi Eucharistici peccata fugere, & etiam alios peccatis retrahere sataget. *Pro Domin. c. 48. per totum.* Sicque ante Communionem elicendus est actus caritatis. *Ibid. n. 12.*

CATECHESIS XV.

Quid in actuali Eucharistie sumptione, & quid postea sciendum?

- Q. 1. Quomodo accedendum ad SS. Communionem? B. Accedendum cum summa reverentia, modestia, ac devotione. *Pro Domin. c. 49. n. 1.*
- Q. 2. Quid petendum a Christo in Eucharistia? B. Quia hac est hora aurea divinae liberalitatis, petenda sunt. 1. Temporalia. 2. Spiritualia. 3. Aeterna. Temporalia petere debes non absolute, sed conditionate. Quoad spiritualia petere spectatim debes perseverantiam in bono, & victoriam pravarum consuetudinum. Quoad aeterna petere debes beatam mortem, & beatificam Dei visionem. *Pro Domin. c. 49. per totum.*
- Q. 3. Quid agendum post Communionem? B. Instituenta est gratiarum actio, & quidem triplici modo. 1. Memoria debes recollere divina beneficia, id est, dilectionem aeternam, creationem, redemptionem, & particularia. 2. Intellectu considerare debes divina & caelestia, id quod maxime poteris in Eucharistia, quo intellectum etiam rudem illuminat ad cognoscenda divina, prout patet in vitis Sanctorum. Volentate asurgere debes in ardentissimos desideriorum affectus; quia Deus opera nostra non ex effectu, sed ex affectu meretur. *Pro Domin. c. 50. per totum.*
- Q. 4. Cur beneficium Eucharistie semper in memoria retinendum est? B. Quia a vitis retrahit, & ad bonum instigat. *Pro Domin. c. 51. n. 1.*
- Q. 5. Quomodo dies sacrae Communionis peragenda est? B. Sancte. Id fiet, si animuserigatur ad caelestia, & fugiantur peccata. *Pro Domin. c. 51. n. 3.*
- Q. 6. An multum nocet, si post SS. Eucharistiam ponatis in pristina peccata relabatur? B. Nocet plurimum; quia peccata post Communionem sunt longe periculosiora, & graviora, propter irreverentiam Sacramen-

CATECHESIS XVI.

to exhibitam. *Pro Domin. conc. 74. num. 5. & seq.*

CATECHESIS XVII.

De Poenitentia ut virtute, & eius effectibus.

- Q. 1. Poenitentia ut virtus esine peccatori necessaria? B. Est summopere; quia in calum non datur alta via, quam innocentia & poenitentia. Differentia autem inter Poenitentiam ut virtutem, & ut Sacramentum haec est, quod poenitentia ut Sacramentum sine signis externis, & sensibilibus esse non potest, bene autem poenitentia ut virtus & Utraque est necessaria peccatori. *Pro Domin. c. 1. n. 1.*
- Q. 2. Ad quid Poenitentia est necessaria peccatori? B. Necesaria est ad placandum Deum offensum. Necesaria est ad expurgandum peccati restum. Et necessaria est ad praevendum relapsum. *Pro Domin. conc. 1. num. 3. & seq.*
- Q. 3. An Poenitentia est necessaria ad salutem? B. Omnino; quia est secunda post naufragium tabula, sine qua peccator salvari non potest. Multis oculum peccatum terribilissimum austeritatis expiare conatur, & tamen sine Confessione damnatur; quia Poenitentia ut virtus, & ut Sacramentum debent esse conjuncta. *Pro Domin. c. 1. n. 11. & seq.*
- Q. 4. Quos effectus post se trahit Poenitentia? B. Multorum Poenitentia non est sincera, sicut Saul, cujus emissum Peccavi non fuit tam efficax, quam Davidis; quia non ex sincero corde processit. Quinam sunt ergo effectus verae Poenitentiae? Nempe debet operari mutationem hominis tam internam, quam externam. *Pro Domin. c. 2. n. 1. & seq.*
- Q. 5. In quo consistit mutatio hominis interna? B. In hoc quod penitens debeat compellere, & mortificare passiones animi, sicut David non bibens aquam, & homines sancti. *Pro Domin. c. 2. n. 3. & seq.*
- Q. 6. In quo consistit mutatio hominis externa? B. Consistit in emendatione morum in actu, in potu, in conversatione. Feminae praesertim amare debent solitudinem ad exemplum Sanctarum, & si in publicum prodeundum est, externi sensus sedulo custodiendi sunt. *Pro Domin. c. 2. n. 7. & seq.*
- Q. 7. Ad quid custodia sensuum? B. Ad hoc, ut demoni precludatur aditus in animam. Innocens juvenis esse aspectu cadit in peccatum, & perit. *Pro Domin. c. 2. n. 11.*

CATECHESIS XVIII.

De Qualitatibus Poenitentiae.

- Q. 1. An difficilis res est poenitentia? B. Omnino difficilis est, saltem respectu peccatorum inveteratorum, hinc illud effatum S. Ambrosii: Facilius inventi; qui innocentiam servaverint, quam qui congrue poenitentiam egerint. *Pro Domin. c. 6. n. 1.*
- Q. 2. Quas qualitates ergo debet habere poeni-

- ent Saul iustus est vincere Amalecitas. *Pro Domin. c. 3. n. 1.*
- Q. 3. Cur autem vincenda mala consuetudo? B. 1. Quia animam violententer rapit ad nequias. 2. Quia facit obstinatum in malo. 3. Quia ordinarie infelicem mortem post se trahit. *Pro Domin. c. 3. n. 3. & seq.*
- Q. 3. Habentur huius rei exempla? B. Habentur plurima, ut de Iobore, de avaro, de Luciano, de Thaide, &c. *Pro Domin. c. 3. n. 8. Et praesertim de impuro, qui iconem suae amarae in mortis articulo bafians expiravit. Ibid. n. 11.*
- Q. 4. Quenam occasio post peractam poenitentiam fugienda? B. Fugienda praesertim proxima, id est, illa, qua semper, vel plerumque quis cadit in peccatum. Etiam animalia fugiunt illum locum, ubi in vitis periculum incidunt. *Pro Domin. c. 4. n. 3. & seq.*
- Q. 5. Quid iudicandum de his, qui post Poenitentiam occasionem non fugiunt? B. Signum est, quod non sinceram poenitentiam egerint. Solus Iosias Rex Israel commendatur, quod occasionem idololatriae abtulerit. *Pro Domin. c. 4. n. 4. Iosias secuti sunt Sancti verpunitentes. Ibid. n. 5.*
- Q. 6. Quid censendum de his, qui dicunt, se in occasione non casuros? B. Fallantur & peribunt; quia etiam Sancti in occasione reciderunt. Scandala, quae obtunduntur, sunt inania signa. *Pro Domin. c. 4. n. 7.*
- Q. 7. Quid censendum de Confessionibus occasionatorum? B. Sunt plerumque invalidae, & sacrilegae, prout omnes Aetate docent. *Pro Domin. c. 4. n. 8.*
- Q. 8. Et quid tandem sequitur? B. Sequitur, quod eiusmodi peccatores plerumque peccant. Juvenis ad occasionem rediens repente extinguitur. *Pro Domin. c. 4. n. 9.*
- Q. 9. Quinam est alius adhuc effectus Poenitentiae? B. Est salutaris timor Domini, qui oritur ex peccato etiam remisso. *Pro Domin. c. 5. n. 1. & seq.*
- Q. 10. Quid ergo timendum de peccato jam semel remisso? B. Timendum est 1. Quia pessimas inclinationes in anima relinquit, quae hominem facile ad relapsum retrahere possunt. 2. Timendum est; quia passimilitatem & diffidentiam causat. 3. Timendum est; quia Deum in suis gratis parciores facit. *Pro Domin. c. 5. n. 3. & seq.*

CATECHESIS XIX.

De poenitentia non differenda ad mortem.

- Q. 1. Quae sollicitudo adhibenda circa poenitentiam? B. Ea maxime, ut non differatur. In morbis corporalibus statim curritur ad medicum; in spiritualibus vero saepe differunt medicina usque ad mortem. *Pro Domin. c. 8. num. 1.*
- Q. 2. Cur poenitentia non est differenda ad mortem? B. 1. Quia in morte est incerta. 2. Quia in morte est temeraria. 3. Quia in morte est coacta, non sincera. *Pro Domin. c. 8. n. 3. & seq.*
- Q. 3. Cur poenitentia in morte est valde difficilis? B. Ex triplici capite. 1. Quia vis diaboli tunc est maxima. 2. Quia voluntas hominis valde perplexa. 3. Quia Deus subtrahit peccatori auxilia efficacissima. *Pro Domin. c. 9. n. 3. & seq.* Peccator Romae in morte terribilia dat signa, se a Deo derelictum esse. *Ibid. n. 12.*
- Q. 4. Cur praesumant peccatores poenitentiam ad mortem differere? B. Quia fallis ditaminibus seipos decipiunt, & sibi persuadent, peccatum esse rem remissum, & Deum esse nihil misericordem. *Pro Domin. c. 10. n. 1.*
- Q. 5. Sed nunquid morientis assistunt Angelus Custos & Sacerdos? B. Hi morientis non proderant; quia moriens non affaveit actibus suis. pernaturalibus, nec intelligit linguam aethericam. *Pro Domin. c. 10. n. 3. & seq.*
- Q. 6. Nunquid bonus latro in ultimo monerono salvatus est? B. Beneficia sui exhibitio non sunt trahenda in consequentiam, bonus latro multos virtutum actus exercuit, & extraordinaria die salvatus est. *Pro Domin. c. 10. n. 6. & seq.*

- Q. 7. Nunquid Deus misericors est, qui non fert mortem peccatoris? B. Est quidem misericors, sed ad proprium suum, non peccatoris, beneficium. *Pro Domin. c. 10. n. 9.* Juvenis, qui petiit de instante morte moneri, ter monitus non respicit, & repente extinctus perit. *ib. n. 12.*
- Q. 8. Quid censendum de iis, qui peccant fiducia faciendae Confessionis? B. Illi tam periculose delinquant, quam qui poenitentiam ad mortem differunt. 1. Quia periclitantur, ne postea non faciant bonam Confessionem. 2. Quia periclitantur, ne post praedictam etiam bonam Confessionem in pristina peccata relabuntur. *Pro Domin. c. 11. n. 3. & seq.*

CATECHESIS XX.

De Sacramento Poenitentiae, & in primis de illius motivis.

- Q. 1. Quanam sunt motiva allicientia ad poenitentiam? B. Motivum est duplex: 1. Quia Deo nihil est gratius, cum per poenitentiam Deus ab affectu deformitatis peccati liberetur, regnum diaboli destruat, & honor Christi patienti reparatur. *Pro Domin. c. 12. per totum.* 2. Quia peccatori poenitentia nihil est salutarius; remittit enim peccata, amittit merita restituit, & peccatorem in pristinum amicitiae gradum apud Deum restituit. *Pro Domin. c. 13. per totum.*
- Q. 2. Quo exemplo confirmatur haec veritas? B. In primitiva Ecclesia Diaconus peccator agit poenitentiam, & dein a Deo gratia miraculorum donatur. *Pro Domin. conc. 13. num. 10.*
- Q. 3. An Sacramentum Poenitentiae est necessarium ad salutem? B. Est necessarium relaxis; id quod patet ex effatu Tridentinae, ex continua praxi Ecclesiae, & ex eo, quod Pontifex nunquam habentis & cum nemine dispensat, adeoque in lege Confessionis dispensare non possit. *Pro Domin. c. 20. n. 3. & seq. Et Pro Effic. c. 1. n. 9.*
- Q. 4. An Confessio Sacramentalis est facilis? B. Quamvis difficultate non careat, est tamen facilis respectu tormentorum, quibus diabolus suos cruciat; item respectu poenitentiae, quae in primitiva Ecclesia erat in usu. *Pro Domin. c. 20. n. 6. & seq.*
- Q. 5. An Confessio Sacramentalis est valde utilis? B. Est omnino quia peccatorem liberat a pudore, quem in die iudicii propter peccata sustinere debuisset. Dein, quia ex Confessione multa bona redundant in ipsam Ecclesiam, ut est morum modestia, restitutio male partorum, & alia. *Sc. Pro Domin. c. 20. n. 10. & 11.*
- Q. 6. An grande beneficium nobis contulit Christus institutio Sacramentum Poenitentiae? B. Omnino maximum; si enim illud consideremus ex parte Christi instituentis, denotat im-

mensum amorem ac mansuetudinem Dei erga peccatores. Si illud consideremus ex parte confitentis, peccatum malum maximum destruitur, & a peccatore amovetur. Si illud consideremus ex parte ipsius Confessionis, peccatum aperientem est unico homini, & homini peccatori, sub summo silentio, & cum maximo emolumento. *Pro Domin. c. 21. n. 2. & seq.*

Q. 7. Da exemplum hac ex parte mirae mansuetudinis Christi? B. Hispanus mercatorum eo sine confitetur, ut in ignominiam Christi sacrilegium committat. Deum autem mirabiliter coarctavit, & piam mortem obit. *Pro Domin. c. 21. n. 11.*

CATECHESIS XXI.

De examine conscientiae Confessionis praemittendo.

- Q. 1. Quid agendum ante Confessionem? B. Invocandum est Dei auxilium, & examinanda conscientia. *Pro Domin. c. 14. n. 1.*
- Q. 2. Quomodo examen instituendum? B. Debet fieri diligenter, & quidem magis aut minus secundum diversitatem poenitentiae: eum in modum, quo requiritur diligentia in rebus temporalibus magis momenti. *Pro Domin. c. 14. n. 3. & seq.*
- Q. 3. Quanam sunt errores, qui circa examen committi solent? B. Sunt duplicis generis; per excessum & per defectum. Per excessum errant scrupulosi, qui nimia anxietate scrutantur conscientiam: Per defectum, qui, licet Confessionem ad menses & annos differant, tamen nullam diligentiam in persequendis peccatis adhibent. *Pro Domin. conc. 14. num. 6.*
- Q. 4. Quomodo praecite instituendum examen? B. Discutienda sunt occupationes & negotia diurna, vel inclinationes, occasiones ac mores, vel praecpta Dei & Ecclesiae. *Pro Domin. c. 14. n. 5.*
- Q. 5. Circa quid examinanda est conscientia? B. Circa speciem, & numerum peccatorum. *Pro Domin. c. 13. n. 9.* Monachus in articulo mortis magnas patitur anxietates ex defectu examinis. *ib. n. 10.*

CATECHESIS XXII.

De parentibus poenitentiae, & spectantibus de opere supernaturali.

- Q. 1. Quae causa, quod Sacramentum poenitentiae multoties nulliter suscipiatur? B. Causa est, quod partes poenitentiae non bene observentur. *Pro Domin. c. 15. n. 1.*
- Q. 2. Quanam ergo sunt partes poenitentiae? B. Suae contritio cordis. *Pro Domin. c. 13. n. 5.* Confessio oris. *ib. n. 6.* Et satisfactio operis. *ib. n. 8.*

Q. 3.

CATECHESIS XXIII.

De proposito emendationis ad actum contritionis necessario, ejusque signis.

- Q. 1. Quis est prima pars Sacramenti Poenitentiae? B. Est contritio, quae definitur esse dolor animi ac detestatio de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Sine hoc dolore poenitentia nulla est. *Pro Domin. c. 16. n. 1. & 2.*
- Q. 2. Quanam esse debet hic dolor? B. Non debet esse naturalis. *Pro Domin. c. 16. n. 3.* Sed supernaturalis, non tamen sensibilis, aut conjunctus cum lacrymis. *Pro Domin. conc. 16. n. 4. & 5.*
- Q. 3. Quotplex est contritio? B. Duplex: Perfecta, & imperfecta. Perfecta est, quae dolet de peccato ut offensa Dei super omnia amati: imperfecta, quae dolet de peccato ut causa poenitentiae, &c. *Pro Domin. c. 16. n. 6. & seq.*
- Q. 4. An contritio debet habere certum intentionis gradum? B. Non debet habere quoad intentionem, bene autem quoad appetitionem. Differentia explicatur ex paritate duorum filiorum quorum primum genitum parens amat appetitive, natu minimum autem intensive. *Pro Domin. c. 16. n. 9.*
- Q. 5. Quos effectus post se trahit contritio perfecta? B. Tam nobilem effectum, ut peccata omnia in momento delect, & nonnullam etiam poenam extinguit. *Pro Domin. c. 16. n. 10.* Gemina peccatrix in concione contrita & paulo post mortua sine purgatorio salvatur. *Pro Domin. c. 16. n. 10.*
- Q. 6. Quomodo impetrari potest a Deo contritionis donum? B. Duplici ratione: 1. Perventi oratione. 2. Consideratione peccatorum omnium per totam vitam commissorum. *Pro Domin. c. 16. n. 12.*
- Q. 7. Quenam dolorem eligere oportet in Confessione, perfectum, an imperfectum? B. Utrique contritio perfecta praeligenda est, quia fecior est, & quia sic homo affertur huic actui pro articulo mortis elidendo. *Pro Domin. c. 17. n. 3. & seq.*
- Q. 8. Quomodo difficultas superanda, quae in elidendo actu contritionis apparet? B. Haec difficultas diversa est, in eo, qui peccat ex fragilitate, & in altero, qui peccat ex inveterata malitia. Primus facile eliciet contritionem, alter autem opus habet, ut Dei auxilium impense invocet. *Pro Domin. c. 17. n. 6.* Implorandum etiam patrocinium Beatus Matris. *ib. n. 7.*
- Q. 9. An expedit, contritionem esse conjunctam cum lacrymis? B. Expedit omnino; quia lacrymae habent magam efficaciam. *Pro Domin. c. 17. n. 10.* Peccata scripta alicuius juvenis in charta delentur, quae ille cum lacrymis deploravit. *ib. n. 11.*
- Q. 10. Ex quo signo desumi potest, poenitentiam alicuius peccatoris esse sinceram? B. Desumitur ex eo, si sequatur morum emendatio: qui post poenitentiam se non emendat, non poenitens; sed irrisor est. *Pro Domin. c. 17. n. 12.*

- Q. 1. Quae causa est, quod multi post Confessionem in pristina peccata relabuntur? B. Est defectus propositi. *Pro Domin. c. 18. n. 1.*
- Q. 2. Quale debet esse propositum ad poenitentiam requisitum? B. Debet esse, 1. Serium. 2. Universale. 3. Efficax. *Pro Domin. c. 18. n. 3. & seq.*
- Q. 3. Quomodo est serium? B. Si ad pristinas occasiones non redeat. Sic Regi Colozovo dixit S. Remigius: Adora, quod ascendisti, incende, quod adorasti. *Pro Domin. c. 18. n. 3.* Multi continentur ut lupus, retinent pristinas affectiones. *ib. n. 4.*
- Q. 4. Quomodo propositum est universale? B. Si se extendat ad omnia peccata: Multi uni peccato tenerius amato parcunt, sicut Saul Amalechitis. *Pro Domin. c. 18. n. 5.* Praefertim si peccatum illud sit lacrosium, & cedat in peccatis commodum. *ib. n. 6.*
- Q. 5. Quomodo propositum est efficax? B. Cum poenitens nullis difficultatibus ab inepta emendationis semita se avocari permittit; multi enim sunt infatibiles, & ad pristinas occasiones facile redeunt. *Pro Domin. c. 18. n. 8. & seq.* Horum Confessiones sunt similes Confessioni illi, quam demon fecit sine proposito. *ib. n. 10.*
- Q. 6. Ex quo desumitur, non omnia proposita sufficere pro Confessione? B. Ex eo, quia infernus plenus est propositis. *Pro Domin. c. 19. num. 1.*
- Q. 7. Ex quibus signis desumitur propositum esse serium? B. Ex eo, si non invenit, sed maxime in operibus consistat: Multi pro Deo dicunt se non posse, quod pro lucro facile possunt, velut miles ille in expugnatione Othenae. *Pro Domin. c. 19. n. 3. & 5.*
- Q. 8. Quando & quomodo propositum consistit in operibus? B. Cum remedia & bona opera adhibentur ad expugnanda peccata, praesertim ea bona opera, quae a Confessario prescribuntur. *Pro Domin. c. 19. n. 6. & 7.*
- Q. 9. An ille non habet bonum propositum, qui praevidet se post poenitentiam iterum lapsurum? B. Bene distinguendum est, an ita praevisto sit actus intellectus, aut voluatus: Si solum sit timor se tenens ex parte intellectus, propositum tamen potest esse firmum. Sicut Bellidus, assu sine dolente, tamen habet propositum firmum consequendi victoriam. *Pro Domin. c. 19. n. 8.*
- Q. 10. Da mihi specimen ferri propositi? B. Hugo Princeps Hetruriae post multam lasciviam scelera in montis ipse vidit demones humana membra fabricari: Has minas in firmam emendationem interpretatus respicit, identidem

dem clamans: Hago non amplius erit Hago.
Pro Domin. c. 18. n. 9.

CATECHESIS XXIV.

De qualitatibus Confessionis.

- Q. 1. Quas qualitates Confessio habere debet? B. Debet habere quinque qualitates quæ exprimiuntur per quinque litteras vocis *Judas*. Nam 1. necesse est, ut sit *Integra*. 2. *Veracitudo*. 3. *Dolorosa*. 4. *Auxiliatoria*. 5. *Satisfactoria*. *Pro Fesl. c. 22. n. 1.*
- Q. 2. Quomodo Confessio debet esse integra? B. Ita, ut nullum peccatum scienter subiceatur; quia unum sine altero remitti non potest. Si autem unum inculpate ex oblivione omittatur, non officit integritati confessionis. *Pro Domin. c. 22. n. 3.*
- Q. 3. Quomodo Confessio debet esse veracitudo? B. Ita, ut penitens maxima cum humilitate sua peccata proponat, ad exemplum Publicani, filii prodigi, Thadisi, Petri & aliorum. *Pro Domin. c. 22. n. 4. & 5.*
- Q. 4. Quomodo Confessio debet esse dolorosa? B. Ita, ut cum serio dolore sit conjuncta, sine quo Confessio nihil valet. *Pro Domin. c. 22. n. 6. & 7.*
- Q. 5. Quomodo Confessio debet esse auxiliatoria? B. Ita, ut peccatum suum non excuset, & varias extenuationes afferat, velut Adam, excepto solo casu, quo peccatum ex mortali transiit in veniale. *Pro Domin. c. 22. num. 8. 9.*
- Q. 6. Quomodo Confessio debet esse satisfactoria? B. Ita, ut tam penitentia a Confessario inuncta impletur, quam voluntarie penitentia ad castigandum peccatum assumuntur, ad exemplum Magdalene & Petri, Bonifacii & aliorum. *Pro Domin. c. 22. n. 10.*
- Q. 7. Quæ causa est, quod multe Confessiones nullum emendationis effectum post se trahant? B. Quia sine ulla preparatione, sine modestia, & sine diligentia depreparatur, nec qualitates necessarias habent. *Pro Domin. c. 25. num. 1.*
- Q. 8. Quas ergo alias qualitates Confessio habere debet? B. Debet esse humilis, prudens, & confidentiosa. *Pro Fesl. conc. 31. num. 3. & seq.*
- Q. 9. Quomodo humilis? B. Ita, ut cum submissione cordis, oris, & corporis fiat, ad exemplum Theodosi, Pipini, & Ferdinandi. *Pro Domin. c. 25. n. 3. & 4.*
- Q. 10. Quomodo prudens? B. Ita, ut scite, ordinate, distincte & intelligenter proponatur: Multi tam confusæ ac proluxas garritiones faciunt, ut intra horam vix absolvant, quod per unum Patrem & Ave proponere potuissent. *Pro Domin. c. 25. n. 5. & seq.*
- Q. 11. Quomodo confidentiosa? B. Ita, ut non fit nimis anxiosa, serupulosa, & irrequieta:

Confessio pusillanimitas magis nocet, quam profest. Exemplum hujus rei habemus in pusillissimo Religioso, cui diabolus exprobravit, quod non omnia bene confessus sit, Beatissima Virgo autem illum solata est de remissione peccatorum. *Pro Dominie. concep. 27. n. 9. & 10.*

CATECHESIS XXV.

De infelicitate eorum, qui in Confessione grave peccatum subiciunt.

- Q. 1. An Confessio valida est, si unum peccatum subiciatur? B. Invalida & sacrilega est. Sicut in horologio, in musca, in metro peccato unus error totum vitiat; sic fit in Confessione. *Pro Domin. c. 23. n. 1.*
- Q. 2. In quo consistit infelicitas eorum, qui peccatum reticent in Confessione? B. Consistit in eo, quod magna felicitate, videlicet Dei gratia & peccatorum remissione, se privent; & quod in magnum infelicitatem, videlicet in periculum finalis impenitentia, se conjiciant; prout Iacobiolum hujus rei exemplum habetur in foemina sacrilege confessionis. *Pro Domin. c. 23. n. 6. & 7.*
- Q. 3. An poterit peccator commissum peccatum celare? B. Non poterit; in extrema iudicii die illud publice confiteri debet. *Pro Domin. c. 25. n. 8.*
- Q. 4. Quenam sunt illa falsa didamina, propter que penitens in confessionali obmutescit? B. Sunt 1. *Verecundia*; quam post peccatum causat diabolus, & ante peccatum admittit. Peccata autem confessio non sunt dedecori, sed honori. *Pro Domin. concep. 24. n. 3. & seq. 2. Timor difficultatis*; quia putant peccatores, esse nimis difficile peccata fugere & austeritatem Confessarii sustinere: Sed male; *Pro Domin. c. 24. n. 6. & 7. 3. Spei boni terreni*; quia, si vere penitenter, debent lucro valedicere, quod ex peccato capessunt. 4. *Melioris vite desperatio*; quia putant, emendationem suam esse impossibilem. Verum inveniuntur Petrus, Paulus, Matthæus, Zachæus, & alios peccatores. Deus non deerit illi; qui suæ gratiæ non deerit. *Pro Domin. c. 23. n. 10. & 11.*
- Q. 5. Quomodo succurrendum iis, qui in Confessione grave peccatum subiciunt? B. Suspendendum, ut per Confessionem generale manum expient. *Pro Domin. c. 38. n. 1.*
- Q. 6. Quam utilitatem affert Confessio generalis? B. 1. Prodest pro præterito, ut errores in Confessionibus admisi compenseantur. 2. Prodest pro presenti, ut major animi puritas procuretur. 3. Prodest pro futuro, id est, pro securâ preparatione ad mortem. *Pro Domin. c. 38. per totum.*

CATE.

CATECHESIS XXVI.

De iis, quæ observanda sunt post Confessionem.

- Q. 1. Quid ageendum post Confessionem? B. Id maxime curandum, ut penitens post Confessionem in pristina peccata non amplius relabatur; grandis enim est infelicitas recidivorum. *Pro Domin. c. 26. n. 1.*
- Q. 2. Quanam est hæc infelicitas recidivorum? B. Delumenda est ex eo: 1. Quia peccator semper magis infirmatur. 2. Peccatum semper magis invalescit. Et 3. remedia tandem sunt inefficacia. Exemplum est peccator, qui in mortis articulo obruta est scriptura: *In peccato vestro mortemini*, &c. *Pro Domin. c. 26. per totum.*
- Q. 3. Quid immediate post Confessionem faciendum? B. Præstanda est satisfactio & deinde per bona opera continuanda. Atque hæc satisfactio est necessaria. 1. Ad placandum Deum, & preservandum hominem a peccato. 2. Ad expungendum reatum peccati residuum. 3. Ad supplicandum penitentiam per voluntaria opera. Homines sancti, nominatim S. Jacobus Penitens, Dominicus Loricatus, Bonifacius, & alii post peccatum miram austeritatem in seipso exercuerunt, &c. *Pro Domin. c. 27. per totum.*
- Q. 4. Sed nunquid Christus pro nobis satisfecit? B. Satisfecit abundantissime. Verum hæc satisfactio nobis non proderit sine nostra applicatione; sicut fons nihil prodest, nisi hauriant illius aquæ. *Pro Dominie. concep. 28. num. 3. & 4.*
- Q. 5. Ad quid ergo mediatio Beatissimæ Virginis, & intercessio Sanctorum? B. Ad hoc, ut merita nostra cum meritis Beatissimæ & Sanctorum conjungamus, & sic plepleamus, quod deest passionibus Christi; id quod insigniter præstiterunt homines sancti. *Pro Domin. c. 28. n. 5. & seq.*
- Q. 6. Quanam opera satisfactoria Deo pro peccatis ostendenda sunt? B. In primis opus satisfactorium valde insignis est tolerantia adversitatum, quæ in hac vita obveniunt. *Pro Domin. c. 32. n. 1. & seq.*
- Q. 7. Cur autem adversitates patienter tolerantur? B. Ex triplici ratione: 1. Quia proveniunt a Deo, non a malo homine &c. 2. Quia non sunt malum, sed occasio magis boni. 3. Quia expungunt reatum peccati residuum, & redimunt purgatorii supplicia prolixius terribilia. *Pro Domin. c. 32. per totum.*
- Q. 8. Quanam alias sunt opera satisfactoria pro peccatis? B. Sunt indulgentiæ. *Pro Domin. c. 33. n. 1. & seq.*
- Q. 9. Unde indulgentiæ habent suam virtutem? B. Ex meritis Christi & Sanctorum in gazophilacium Ecclesiæ repositis, & a Summo Pontifici Spiritu. *Catech. Conc. Tom. II. Pars II.*

tiſſe pro necessitate ac utilitate Ecclesiæ dispensatis. *Pro Domin. c. 33. §. 1.*

Q. 10. Quem effectum operentur indulgentiæ? B. Expungunt reatum peccati vel ex integro, vel ex parte. *Pro Domin. c. 33. n. 6. & seq.*

Q. 11. Quomodo lucranda sint indulgentiæ? B. Duo sunt observanda necessaria, nempe 1. Ut, qui lucrari vult indulgentias, sit in statu gratiæ. 2. Ut maxima cum attentione & perfectione opera præscripta peragat. *Pro Domin. c. 33. §. 3.*

CATECHESIS XXVII.

De indicis seu signis, ex quibus scia penitentia desumi potest.

- Q. 1. Quibus signis desumi potest sincera penitentia? B. 1. Desumitur ex corde, seu cogitatione, videlicet si penitens post Confessionem erga peccata præterita oculo erga futura nauca efficiatur. *Pro Domin. conc. 29. num. 3. & 4.* Desumitur 2. ex lingua, si videlicet penitens sua peccata in Confessione non extenuet, & post Confessionem de adversitatibus non immeritate conqueratur. *Ibidem num. 6. & 7.* Desumitur 3. ex manibus, si videlicet opera penitentia exerceat pergit, & omni studio peccata & peccatorum reliquias extirpare satagat. *Ibidem num. 10. & 11.*
- Q. 2. Quid porro faciendum post Confessionem? Fugienda sunt prava occasiones; quia siqua male occasio est signum necessarium, & evidens sinceræ penitentia. *Pro Domin. c. 30. n. 3. 4. 5.*
- Q. 3. Sed multi dicunt, promittuntque, se non amplius casuros? B. Inanis est iactantia; majus enim prodigium est peccatorem in occasione non cadere, quam pueros in fornace Babylonica non ardesse. *Pro Domin. c. 30. n. 6.* Nec magis valet alii prætexis, *Ibidem n. 7. & seq.*
- Q. 4. Quæ causa, quod homo in occasione facile in peccatum reincidit? B. Est fragilitas & temeritas. Si enim Sancti ceciderunt, ut S. Jacobus penitens, & alii; quid timeendum erit fragili arundini? *Pro Domin. c. 30. num. 10.*
- Q. 5. Quid porro fugiendum post Confessionem? B. Fugienda sunt prava consortia, præsertim devoti sexus; quia vix periculum est consortium mulierum, & multo magis mulieri consortium viri. *Pro Domin. conc. 31. n. 3. 4. 5. & seq.*
- Q. 6. Sed peccatores firmiter stantur, in consortio hujus vel illius persone non amplius peccatores? B. Sunt vanissimi prætexus. Qui instrumentum, quo hominem occidit, amanter fovet, non satis detestatur peccatum; ita, qui personam complicem non fugit.

B b b

Pro